

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Opt.ac doctiss.uiro, D.ioanni Spangenbergio,Northusiensium parrocho,  
amico summo suo, G. M.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

texo nunc, ut separatim excudatur Lipsiae: et adi-  
cio ea quae tunc ob importunam festinationem bi-  
bliopolarum cogebat omittere. Velle me abs te  
libere admoneri, quid uel addendum uel emandan-  
dum, aut quid de tota tractatione uideretur. Mea  
coniunx tibi, et ornatisimæ tuae uxori, optat ui-  
cissim salutem. Bene ac feliciter uale. Vitebergæ,  
in Vigilia Thomæ, 1544.

Valde optarim, me bonorum uirorum ope pos-  
se adipisci scriptum exemplar Censormi, de Nas-  
tali die.

Opt. ac doctiss. uiro, D. Ioanni Spangen-  
bergio, Northusensium parrocho,  
amico summo suo, G. M.

S.D. Nisi iocari te uiderem, nō leuiter me offen-  
disset proxima tua epistola. Quomodo enim nō do-  
lerē, tibi uiro doctiss. et absq; dubio sincrè candi-  
do, tam sinistrâ de me incidisse suspicione? Egó ne  
Spangenbergij amiciū fāstidirem, de qua etiā sepe  
apud amicos me tactito? quē quoq; inter meos cha-  
risimos principem habeo? Quare uide, ne satis sit,  
quod ex literarū intermissione colligis. Neq; enim  
cum te esse arbitror, qui ex literarū officio amici-  
tiam mettere. Excellens atq; perspectatua erudi-  
tio, pietas et fides, quib. meus erga te animus nitit-  
tur, firmiora sunt fundamēta, quam quæ per litera-  
rum uel nūtionē uel intercessionē aut confirmari

au<sup>s</sup>

aut labefieri conuelliq; possint. At cogor tamen fa-  
teri, esse partem literarum officium. Quare si bac-  
in re peccatum est, dabis hoc aut nostris occupa-  
tionibus, aut (ut fatear) negligencie. Quæ tamen  
talis est, ut quanquam ad scribendum paulo sim-  
tardior, nunquam tamen talium amicorum obli-  
uionem obrepere sinat: quam tui gratia apud me,  
& memoriam honestissimam tuam, & optima  
exercitia atq; scripta, dum ea subinde contueor et  
relego, quotidie ferè excitant & renouant. Me  
enim, cui ista scribendi carminis facultas à Musis  
denegata est, tua atq; aliorum simillium scriptaco  
magis delectant. Quare rogo, ut sic pergas tuas  
lucubrations nobis communicare. Eclogæ Vir-  
gilianæ imitatio, & febris, atq; alia, non tamum  
grata sunt: sed & exemplo scholasticis nostris e-  
runt, qui hoc tempore in scribendo carmine exer-  
centur. Petrum Suederum Pomeranum, homi-  
nem pium & doctum, tui habes studiosissimum  
omnino: qui ad maiora exercitia, cum in nostra  
schola rationem conscribendorum carminum do-  
ceat, tuo exemplo inuitatur: quē uelim interā  
à te prouocari. Puer, quē tantopere mihi commen-  
das, re ipsa experietur, quæ tua apud nos sit existi-  
matio atq; autoritas. Bene uale uir doctissime, cum  
omnibus tuis, quos salutari cupio diligenter. & Ca-  
lend. Martij.

De

De Eobano Hessō, rege nōstro, rogo facias me  
certiorē, quid agat, quid ualeat, &c. habes enim  
tanquam uicinum.

Clariss. ac doctiss. uiro D. M. Ioāni Span  
genbergio, pastori Eislebiensi & super-  
attendenti Ecclesiarum comitatus  
Mansfeldensis, domino & a-  
mico suo obseruando,

G. M.

S. D. Hic adoleſcens, qui reddit literas, Iudimā-  
gister est in oppido uicino, ingenio bono, & mori-  
bus ualde modestis: & cum Ecclesiasticam condi-  
tionem ante aliquot menses peteret, à nobis exa-  
minatus, aptè et disertè ad interrogata de fidei ar-  
ticulus respondit, ita ut ei ſpes sit facta à nobis de  
comendanda ei aliqua Ecclesia. Quia autem iam  
parochia in pago Golbick uacat, & eius patrona-  
tus ad illustres Comites in Mansfeld pertineat, &  
iam amea ab illustri Comite Gebhardo T. H. per  
literas ante duos menses commendatus est, ut illi  
per te profficeretur, rogo ut bonū adolescentem  
in hac cauſa uiues, etiam propter nostram cōmen-  
dationem: cuius tamen uirtus & eruditio per ſe me  
retur, ut eius habeatur ratio. Deinde etiam rogo,  
ut nubi mittas canitionem illam Germanicē per te  
translatam, cum alijs que à te edita ſunt, de qui-

H bws